



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 156. Ejusdem consilium ad Papam de responso Franciæ Oratorio dando

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

confringenda inutilia vasa suam vim posthac *Sæcul. XV.*
 obtineret. Ad sæcularem potestatem hoc *A. C. 1478.*
 exemplo esset contra censuras refugium, &
 quod languide permissemus semel, restituere
 fortiter nunquam possemus.

§. CLVI.

*Cardinalis consilium de responsis
 Legato dandis.*

Occurrebat, prosequitur Cardinalis in
 hoc ancipiti consilium medium, ut
 videlicet Oratore audito, dolere se dice-
 ret Sanctitas vestra, potuisse tantum a-
 pud Sapientem, & fidelem Regem falsa im-
 piorum crimina, ut tam longinquam Lega-
 tionem suscepit, & contra consuetudinem e-
 tiam majorum suorum Deo ingrata, & exi-
 tiosa Apostolicæ Sedi petierit, monstnan-
 dumque, quanta fuisset Florentinorum in Sa-
 cerdotes Dei crudelitas, quanta sine causa
 & sine discrimine cædes, quantus in retinen-
 do Cardinali contemptus facinoris illius ex-
 perto atque ignaro; quanto denique Apo-
 stolicæ Sedis ad hæc ulciscenda necessitas:
 paratam nihilominus futuram fuisse Beatitu-
 dinem vestram ad paternam remissionem, si
 vel mediocre signum pœnitentiæ in peccato-
 ribus cognovisset, sed descendisse illos in pro-
 fundum malorum, & in sensum reprobum
 datos, quamvis Veneti, Mediolanenses, alii-
 que complures Reipublicæ illius amici ad pe-
 Hist. Eccles. Tom. XXIX. T t ten-

Sæcul. XV. *tendam veniam eos hortati fuissent: Cum
A.C. 1478. talibus autem etsi Regii officii esset, commu-
nicationem nullam accipere, nec ad patroci-
nium tam grandis peccati accedere, tamen non
negligere Beatitudinem vestram suæ Celsiti-
dinis postulata, sicut & in hunc diem nun-
quam neglexit: videre tamen gravia illa esse,
necessarium propterea fore ad deliberationem
sumendam frequens collegium, sine quo me-
diocria, nedum maxima discerni non sole-
rent.*

Præterea Cardinalis ad Papam scripsit, hoc consilium esse non tam malum imminens sanans, quam forte dilationem aliquam præbens, & ad declinanda vel rejicienda tela inimici idoneum; sperandum, inquit Papiensis, Gallos nobis temporis memoriam ad parandam aliunde nostram salutem concessuros. Enimvero ad petendas ejusmodi inducias sat graves, atque approbatione dignissimæ rationes haud deerant Pontifici: partim quod tum ob pestem Romæ grassantem Cardinales convocari non possent, hancque ob causam ipse Papa urbem deserere coactus fuisset: locus vero, in quem secesserat Pontifex, vix privatam illius familiam caperet: partim quod universi Cardinales in diversa loca dispersi morarentur, ac ne vix quidem congregari possent, sine quorum tamen consilio Ludovici Regis postulata examinare, omnino non congrueret. Ad
calcem